



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

212. An stante decreto Clem. VIII. de reform. regul. possint hodie
superiores præbere licentiam subditis ex justa aliqua causa extra claustra
permane[n]di absque consensu Summi Pontificis? Et an post ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

Tractatus Primus.

132

beret, ut huic gravi parentum necessitati succurrant
sunt a regulari oblatione, & Praelatorum obedi-
entia; quod si non possunt, tunc quidem petita, & non
obtentia licentia, licet poterit credi, quamvis ad id
non teneantur. Hoc si proposito ad dictum propositum
negatur, videtur respondendum, quia licentia dimis-
tendit habitum, cum sit res gravissima, a solo Papa con-
cedi potest, & sit tamen aliena & statu Religiose, ut nec
Episcopus habitum Religionis possit dimittere.

2. Non desinam tamen hic annotare affirmatiuam
sententiam docet nouissime Fagundez in *Decalog.*
tom. 1.lib. 4.cap. 2.nu. 28.vi sic ait. Mihiv detur pos-
sunt h. i. in Ref. 27. 3. aliter, nec alio modo iuvare parentes possit in gra-
vitate ad medium, & vix. Si Religio-
sus, & legi-
er: a doctrina
alterius Reli-
& eius not

medium necessarium ad hunc finem: praesertim non habi-
tus, sed virtus Religionis efficacit. Ne est
simile de exemplo Episcopi, quia nulla necessitas co-
git Episcopum Religionis ad mutandum habere
et Religionis, ut patet. Nam vero quod Praelati Reli-
gionum, qui licentiam dare possunt Religionis, ut
ad tempus religionem egreditur ad iuvandos pa-
rentes, possint etiam eam dare ad mutandum habi-
tum, si possint illos iuvare, & aliter non possint id,
ut dixi, clare superponit Navarr. *Comment. 3. de Regu-*
lar. n. 49. ait enim ibi praedictam licentiam non esse
concedendam ab ordinario Praelate Religionis, nisi
quando habitu retento parentes ius commode iu-
vare non possunt: ergo ex en. N. uari, quando
aliter eos iuvare non possunt, potest et proprie-
tatis licentiam ad mutandum habitum dare.

RESOL. CCXI.

An Praelatus possit dare licentiam subdito manendi ex-
tra claustra ad subueniendum parentibus non solum
in extrema & effestate constituta, sed etiam in gratia?

Et quid est faciendum? si Praelatus negat licentiam subdito, ut extra claustra subueniat parentibus gratia er-
tantum indigentibus, an possit subditus de bonis sibi in-
uisum concessis parentibus subvenire, vel debet ad illa
donanda procurare licentiam Ex p. 3. tr. 2. Ref. 90.

Sup hoc legere §. 1. A D hoc quæsumus affirmatiuè responderet
doctrinam Ref. seq. Laurentius Portel in dub. Reg. ver. 2. aenam
fratres n. 2. vbi sic ait. Etiam si necessitas non sit extre-
ma, sed solum gravis, potest Praelatus dare licentiam,
ut Religiosus cum habitu maneat extra claustra ad sub-
ueniendum patri, vel matri, Ita ille, qui citat Navarrum lib. 3. consil. 11. de Regul. conf. 54.

2. Sed si Praelatus negat licentiam subdito, ut ex-
tra claustra subueniat parentibus gratia erantum indigentibus, putat Portel non posse subditum de bonis sibi in usum concessis parentibus subvenire; debet ergo ad illa donanda procurare licentiam, & Praelatus recte faciet illam concedens, intra terminos sua regulae.

RESOL. CCXII.

An stante Decreto Clem. VIII. de reformat. Regular.
possit hodie Superiores præbere licentiam subdito ex
infra aliqua causa extra claustra permanendi absque
consensu Summi Pontificis?

Et an post Decretum Clem. VIII. & Urbani VIII. si
Praelatus faceret aliqui potestatem foris degredi possit
hic tuta conscientia remanere?

Et an ante predicta Decreta afferetur posse Generalem
facere facultatem fratri alicui inquieto, & insolenti,

qui propter delicta sua condemnatus fuit ad tristam,
& ab his poena restitutus, ut possit Heremiticam
gula iter vitam accire, vel in aliis no Hospitali, vel
Ecclæsia, restituta per eum obedientia Ordinari laici
sue Generali ipsi: Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. Ref. 30.

§. 1. **N** Egatianum sententiam docet Pellizzarius in
Man. Regul. tom. 2. tr. 2. cap. 3. / d. 4. n.
17. 4. vbi sic ait: Q. ares, an Praelati R. gl. lates dif-
ficiare possunt ei in Religiosis subditi, ut, ueste religio-
sa retenta, maneat extra claustra ad subueniendum
necessitates parentum? Ricpondeo, de iure communi
an quo posse; si ne necessitas sit extrema (in quo
casu etiam tenerentur) sive soli in se gravis (in quo
casu possent, sed non tenerentur):) non item de iure
noi o. cum Clement. VIII. in Decretis de Reformat. Regul. larium dicat: Ineat ratio, qua, si blasphematis
sunt, ac facultatibus haec sunt quibz levius con-
cessis, degentes extra conuentus claustra, ad ea
quam primum reuocentur, nec de cetero, nisi ex
gratia, ma. causa, à Sede Apostolica approbata, ha-
bent modi facultates concedi possunt. Q. od Decretum
innovavit etiam Urbanus VIII. Hic etique Pelliz-
zarius: & ante illum Pater Lezana in his a. m. i.
c. 16. n. 2. 3. haec assert: potest Religiosus ex legiama
facie a vivere extra monasteri m. retento habitu.
Ratio est, quia nec hoc est intrinsecè male, nec de-
rogat votis professis; cum etiam ibi possit obser-
vare Obedientia, V. au. pertas, & Caffitas. Svar. tom. 4.
de Kelg. tract. 8. lib. 3. cap. 7. Q. annuis autem in com-
muni possent Praelati Religionum hanc licentiam
concedere, quia hoc spectat ad ius diuidendum, quam
habent si pra. fiditos; Navarrus Comm. de Regul.
nu. 1. & 40. & Comm. 4. nu. 14. tamen iste non
Clement. VIII. in Decretis pro reformatione Regula-
ris m. approbat, & innovatis à S. Congregatione,
iustu S. D. N. Urbani habet quod in posterum hu-
iustmodi licentia non concedatur, nisi ex gravissima
causa à Sede Apostolica. Et ideo n. 2. subdito: Q. annuis
etiam ob necessitates parentum posse Religiosus
h. bitu retento manere extra Monasterium ex viiis
communis. D. Thom. 2. 2. 9. 1c 1. a. 1. Navarrus lib. 3.
Conf. de Regul. onsl. 54. 55. & alibi: tamen propter
ius novum addi. Etum Clem. VIII. & Urbani VIII.
non potest hoc fieri; nisi de licencia Sedi Apostolica-
ce, talcm causam approbantis. Hinc emana it Edictum à Paulo V. anno Domini 1617. die 23. Decem-
bris, intimatum P. Fr. Io. Pinæ de Celis, Ordinis
Minimorum sancti Francisci de Paula tum tempore
Zelofo à R. D. Vulpiano Archiepiscopo, & Congr.
Regul. Secretario, tenoris sequentis. Admodum Re-
uerendo in Christo Patri Procuratori Generalis Ordin-
nis Minimorum Sanctissimus ordinavit mihi, ut no-
num facerem P. Vestra, quod prouideat, ne im-
posturum si b. quocunque praetextu detur licentiam
Religiosis, extra Monasteria, vel Domus, Conventus,
vel Collegia si a Religiosis permanendi; & si
forte fortuna in aliis extra reperiatur abhinc li-
ceria huiusmodi sanctæ Sedis, ad Claustra revocar-
tur. Per quod Decretum, ait Peyrinus de Relig. Sub-
dito, tom. 1. qua. 1. c. 2. 3. videtur sibi potestas Super-
ioribus facultates extra Conuentum degredi, ob pre-
dictas causas, concedendi in perpetuum, vel ad lon-
gum tempus; non autem ad breue. Vnde caro sunt
legenda ea, quæ nouissime docet eruditissimus Gab-
riellus de Claustra, disq. 2. cap. 2. §. 3. n. 8. cum legg.
nam vera sint, stando in jure communis; fecus autem
nunc est de iure novo dictorum Decretorum: & ideo
etiam moderanda veniunt ea, quæ ego dixi in part. 6.
tract. 7.* resol. 1. 9.

2. Sed quærit Peyrinus, vbi supra, an post talia possit
Decreta, si Praelatus faceret aliqui potestatem foris
degredi,

degenit: possit h̄c tuta conscientia remanere? Et responderet: quod peccaret quidem Prelatus, & effet arbitrio sui Superioris puniendus; (vbi enim lex non apponit penam contra factentibus, videtur iudici arbitrii; ut dicitur in cap. Nihil de Elet.) quia contracuit statuto Papae: sed subditus potest tuta conscientia permanere; tum quia h̄c valet illa regula: *Multa peri probantur, quatenus facta tenent, nam Decretum non annulat licentias contra ipsum datas.* Vnde videtur solum velle Superioribus timorem incutere, ne sine nimis faciles in talibus licentias concedens; tum quia lex de novo statuta à Principe, non derogat priuilegiis potissim, & infertis in corpore iuris communis, etiam positis quibuscumque circumstantiis, & cōfusis generalibus; nisi faciat de illis speciem mentionem, ut at Bartolus, citatus à M. Tanda tom. 1. *Manualis Pral.* q. 45. art. 6. & glossa in leg. 2. §. *Legatis ff. de rē vindicata* & probat Bonacina multos allegans, de *Cer. Jur. de p. 2. q. 6. p. 1. 1. 5.* Sed posse Prelatos concedere tales licentias priuilegium est inferum in corpore iuris communis, ut patet ex c. *Pastoralis 2. q. 7. C. Placuit. 1. C. 2. & c. Monachi 1. C. 2. 1. 6. 9. 1.* Ergo, &c. H̄c P̄eyrinus. Sed tu cogita.

3. Nota hic obiter, quod ante dicta Decreta Pontificia affectebat Rodriguez in *QQ. Regul. tom. 3. q. 5. 3.* art. 5. posse Generalem facere facultatem Fratris aliqui inquieti, & insolenti, qui propter sua delicta condemnatus fuit ad tristem; & ab his postea restitutus, ut possit Eremitican regulariter vitam ducere, vel in aliquo Hospitali vel Ecclesia, praesita per eum obedientia Ordinari loci, seu Generali ipsi. Ita etiam codicilium Navarr. lib. 3. conf. de Reg. cons. 74. Et ratio est, quia cum iste talis sit naturaliter inquietus, & insolens si aliqui Fratrum ei impropereauerint sua delicta, non de facili eos si stinebit; & erit nouissimus error peior prior, & hanc etiam sententiam docuerat etiam P̄eyrinus loco citato. Sed circa illam, etiam stando in iure communis seclusio Decreto Clem. VIII. Ego maximam habemus difficultatem: unde recte doctus Pater Gibalini ubi supra de Claustra, disq. 2. capit. 4. §. 14. conf. 3. num. 7. non audet hanc sententiam P̄eyrini, Navarr. & Rodriguez penitus approbare; sed aliorum sensum exposcit.

R E S O L . C C X I I I .

An in aliquo casu possint Superiores Regularium ut scientia habita in confessione, non obstante Decreto Clem. VIII. & an dictum Decretum obliget sub mortali? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 202.

1. Affirmative respondet Guillelmus Mercerus de Sacrament. in 3 p. D. Thoma q. 45. art. 1. dub. 2. concl. 2. vbi sic ait: Clem. VIII. in decreto de casibus reservatis, edito pro religiosis, sic habet: Tam Superiores pro tempore existentes, quam Confessarii, qui postea ad superioritatis gradum fuerint, ut promoti, caueant ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerint, ad externam gubernationem vuantur.

2. Notandum tamen est, hanc prohibitionem esse iuris humani, propulsare autem periculum à Republica, vel à proximo absque nostro incommodo, & violatione secreti, esse iuris divini; & ideo posse fieri ut quis teneatur hac scientia ut ad malum auertendum, praesertim cum sit sententia probabilis, qua habet id posse fieri, & nullum ius humanum possit impeditre ne quis in necessitate vitium sententia probabili. Nec putandum est Pontificis prohibitionem agere de huiusmodi casibus extraordinariis, qui in dominibus religiosis rarissimi inueniuntur. Hucusque Mercerus. Ex eius doctrina sequeretur, superiorem regularem posse, in modo debere ex notitia habita in confessione expellere aliquem subditum extra regnum cum aliqua occasione, quia nouera in confessione illum machinare aliquam rebellionem, vel ad aliam ciuitatem translatare, si ex confessione nouera illum sollicitare, verb. gr. formam nobilis, unde facile si factum manifestaretur tota Religio infamata remanet, & sic de similibus casibus.

Mercerus; sed an probabilitate, tibi iudicandum relinquio.

3. Notandum est etiam h̄c obiter, in supradicto decreto latum esse praeceptum cum verbis imperatiu, que non obligat sub mortali docuit. *Caet. in 2. 2. q. 1. 6. art. 9. Rodriguez. in addit. ad Bullam Crucis. art. 9. n. 77. & alii.* Sed h̄c opificio mihi non placet, & ideo puto cum Castro Palao tom. 1. r. 3. disp. 1. punt. 9. num. 3. supradicta verba decreti obligate sub praecepto peccati mortalis.

Sup. h̄c in
ton. 4. tr. 4.
Ref. 1. §. Sed
difficilis:
ad medium
a Ver. In
quibus.

R E S O L . C C X I V .

An post Decretum Clem. VIII. detur casus, in quo Superiores Regularium possint ut notitia habita in confessione subditorum?

Et an si confessarius scit ex notitia habita in confessione, quod quedam mulier Nobilis quando vocat Confessarios in domum suam ad confitendum sapientia illorum sollicitat; queritur an ab ipsa vocatus possit se excusare propter periculum labendi in peccatum licet nullam habeat donec am excusationem? Ex p. 1. tr. 5. & Misc. Ref. 15.

§. i. Affirmative respondet Lessius in 3. part. D. Sup. hoc in Thom. q. 11. de sigillo confessionis art. 1. Ref. præter dub. 2. n. 6. à me alibi adductus: cui nuncaddo Guillelmus Mercerus in Supplement. 3. part. q. 1. 1. art. 5. n. 2. not. vbi sic ait: Superiorum qui confessionem subdit audiuit, non posse ex vi illius, ita ipsum gubernare, verb. gr. acferendo illi officium quo fungitur, ut alij possint iuspicari eius peccatum in genere, vel in specie. Ratio est, quia & hoc esset indirecta reuelatio. Addunt Richardus, & Angelus idem fore illicitum, etiam si solus paenitentia intelligat se priuati ministerio ratione si ex confessionis, quia si non licet paenitentem a confessione peracta verbis corrumpere: ergo nec factis. Et non est dubium quin ita plerisque expediat in praxi. Ideo Clemens VIII. in Decreto de casibus reflexatis edito pro Religiosis sic habet: Tam superiores pro tempore existentes, quam confessarii, qui postea ad superioritatis gradum fuerint promoti, caueant ne ea notitia quam de aliorum peccatis in confessione habuerint, ad exteriorem gubernationem vuantur.

2. Notandum tamen est, hanc prohibitionem esse iuris humani, propulsare autem periculum à Republica, vel à proximo absque nostro incommodo, & violatione secreti, esse iuris divini; & ideo posse fieri ut quis teneatur hac scientia ut ad malum auertendum, praesertim cum sit sententia probabilis, qua habet id posse fieri, & nullum ius humanum possit impeditre ne quis in necessitate vitium sententia probabili. Nec putandum est Pontificis constitutionem agere de huiusmodi casibus extraordinariis, qui in dominibus religiosis rarissimi inveniuntur. Hucusque Mercerus. Ex eius doctrina sequeretur, superiorem regularem posse, in modo debere ex notitia habita in confessione expellere aliquem subditum extra regnum cum aliqua occasione, quia nouera in confessione illum machinare aliquam rebellionem, vel ad aliam ciuitatem translatare, si ex confessione nouera illum sollicitare, verb. gr. formam nobilis, unde facile si factum manifestaretur tota Religio infamata remanet, & sic de similibus casibus.

3. Sed circa presentem casum, & doctrinam habeo maximam difficultatem: nam ut optimè obserua Dicatus de Sacramenti. tom. 2. tract. 8. disput. 12. dub. 7. numer. 14. Decreto Clementis VIII. ma-